

Sermo

pulsant? Iesu succendat eloquii. **T**or penitentie. vox pauperis: vox est Iesu. Ideo cum audis hanc vocem: clementi affectu liquefacit anima tua: ut tu cum sponsa dicere queas. Anima mea liquefacta est: ut dilectus locutus est. **A**usculata et recole quod locutus Marie magdalene. quid mulieri in adulterio deprehense. quid samaritane. chananee. Zacheo. Petro. Centurioni. **A**d tot pietatis sermones et clementie: cuius non mollescat affectus: viscera liquefaciant: **A**d tam vehementes flatus austeris: etiam de durissimo pectore quantum libet annosa poterat glacies solui. **V**entio me affluentis olei liquore perfundi: et simili affectu liquecere: quotiens misericordie tue opera et verba perfecte recenseo. **I**gnitum eloquium meum hoc vehementer et feruens tuus diligit illud. Diligit quia indiget: ideo anima mea et pro gaudio liquefcit ubi tu loqueris. **I**stam liquefactionem oportet ut sentiat omnis sanctus. **N**am illa superius disputata liquefactio non nisi perfectorum est: et eorum non semper. **I**n tempore oportuno et ne infructuoso subducam silentio quod mihi suggeritur: bene uiter uobis absoluiam quod adhuc de hac liquefactione intellectum concepi. **N**on cernitis quod liquefcit qualiter de quodam rigore et immobilitate moueri incipit: seipsum egredi et deserere nititur. de timore et mole pristina defluit et descendit et euafescit. seipsum ducentem et ad humiliora loca facile sequitur. vel eade per seipsum secretatur: precurrens frequenter ducentis conatum. **M**agna in liquefactis ad sequendum mobilitas et prompta uoluntas. **I**ntelligitis iam (ut arbitror) in liquefactis ad obediendum: aptitudinem grandes humilis anime: affectum tractabile. **H**anc humilitatem non metus infringit: sed calor amoris inforinat. **P**etrus mentem uolenter infringit. amor emollit et teneram liquidam reddens infringit ad libitum. **H**umilitas de charitate profluens: nil molestie patitur. **V**ltro ad inum redit: quiescens cum apprehenderit inferiora. **H**abetis iam in liquefactione humilitatis illius generose habetis et obedientie expressas: sub breuitate naturam. **T**ulitis et testimonia: Dominus aperuit mihi aurem: ut audirem cum quasi magistrum. **A**udistis loquen-

tem dominum: audite liquefactum affectus discipuli. **E**go (inquit) non contradico. retrosum non abij. **A**udistis quomodo sequitur audite iam ad quod infima. **C**orpus meum dedi percutientibus: et genas meas uellentibus. faciem meam non auerui ab increpantibus et conspuentibus in me. **N**on iste quasi ad aspera et abiecta descendit. non rigide resistens: sed liquefactus: effectusque tractabilis ad auditum calentis eloquii. **E**rgo qui huius humilitatis et obedientie liquefcit affectu: non frigida tumescit mole immobilis et rigescens: pro suo iure eius sibi uerbi usum gloriose presumit. **A**nima mea liquefacta est ut dilectus locutus est. **M**ira vis uerbi et ignita uolenter. **I**nflamat cor. commutat tenet in nihilum in conspectu suo respectu dei sui animam redigit. a seipso liquefcere et deficere facit. ut iam anima non sit secum: sed sicut sequentia continent huius uersiculi. **E**go semper tecum. **I**deo non in se: non secum: sed cum deo suo est: semper obsequens et quantum datur sequens: sed non affectus semper pro uoto. nec illo excedenti modo qui sponse cum sponso competit. **N**am et hic sequitur. **Q**uesiui et non inueni illum: uocaui et non respondit mihi. **S**ed capitulum hoc alterius temporis eget tractatu. **E**x ocio discuti uolens sufficiant ista. non pro magnificentia sui: sed pro nostris disputata uiribus: qualiter anima sponse liquefcit ad loquelam dilecti sui Iesu christi: qui uiuit et regnat per omnia secula seculorum Amen.

Sermo. cliiij.
Quoniam tibi fuerit dilectus tuus elapsus: non tibi redit ad libitum. **T**eratio hec dat intellectum amoris et augmenta affectuum. **N**unc uisitat. nunc euanescente uisitatione uocat amicum. **U**arietas hec amantis cor desiderium rapit: et reparat ad usum. **U**t dilectus locutus est: liquefcit anima mea. **A**nima tua liquefacta defecit: ferre non ualens: et dilectus tuus declinat. **D**efectio tua: fuga ipsius est. **P**resente et loquente dilecto liquefcis et deficiis et expiras. **A**bsente eo respirare permittis. **A**bsens uires reparat: / quas presens ex-